UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

Benedictio segetum & seminum in festo S. Marci. c. 16

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

vt cibus ſalubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarū actione ſumentibus. Per Chriſtum. Aſpergantur aqua benedicta. Sacerdos ſequatur in miſſa. Per quem hec omnia. vt ſupra.

¶ De bñone ſegetū ⁊ ſeminū in feſto ſci Marci euang. Ca. 16

In feſto ſci Marci, ſacerdos benedicturus ſegetes, exiens cū clericis in agrū cū cruce ⁊ cereis, paratus cū ſuppelliceo ⁊ ſtola, incipit litaniam, ſicut hẽ ſup. fol. 161. Qua finita dicit Kyrie ele. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater nr̄ ⁊ Aue Maria. V. Dñe exau. R. Et cl. V. Dñs vo. R. Et cum. Oremus. Oratio.

Pietatẽ tuā qs oṗs Deus: vt has primitias creature, quas aeris ⁊ pluuie tẽperamẽto nutrire dignatus es, bene ✠ dictionis tue imbre perfundas, tribuens populo tuo de tuis muneribus tibi ſemper grãs agere: ⁊ a ſterilitate terre eſurientium aĩas bonis affluentibus repleas: vt egenus ⁊ pauper laudent nomen glorie tue. Per Chriſtum. Oremus. Oratio.

OMps ſempiterne deus, arbiter throni, qui molẽ terre et nihilo pẽdentẽ gubernas, ⁊ ad victuz humani generis, corporiſqz ſuſtẽtationẽ agros opibus excolere iuſſiſti, miſericordiā tuā ſupplices exoramus: vt quicquid in hos agros ſalubris ſeminis ſatū atqz plãtatū ẽ, reſpectu tue clemẽtie pſpicias, ⁊ aeris tẽperiẽ moderari digneris: vt reſecato atqz abſorpto oĩuz tribulorū ſpinarūqz ſqualore, efficias fruges fecūdas, ⁊ ad maturitatẽ perfectā tribuas peruenire, vt nos famuli tui vberẽ tuorū donorum fructū cū grãrū actione pcipientes, debitas atqz acceptas nomini tuo laudes referre mereamur. Per. Oremus. Oratio.

TE dñe petimus ac rogamus, vt hos fructus ſeminū frugū, frumẽti, ſiliginis, hordei, auene ac aliorū cuiuſcunqz generis exiſtãt, tuis oculis ſerenis hilariqz vultu reſpicere digneris. Sicut. n. teſtatus es Moyſi famulo tuo in terrā egypti dicens: dic filijs iſrael, cū ingreſſi fuerint terrā promiſſionis, quā eis daturus ſum, vt primitias frugū offerãt ſacerdotibꝰ, ⁊ erũt benedicte fruges: ita nos oramus te dñe, vt auxiliū grẽ tue ſup nos, ⁊ hos fructus ad bene ✠ dictionẽ pferendā ꝯcedas: vt nõ grando ſurripiat, nõ turbo ſubuertat, nec vis tẽpeſtatis detrūcet, nec aeris ſerenitas exurat: nõ inūdatio pluuialis exterminet, ſed incolumes ⁊ ſuperabūdãtes pp vſum hoīum ad pleniſſimā maturitatẽ perducere digneris. Per Chriſt. R. Amẽ. Oremus. Oratio.

Domine ſancte, pater oṗs, ęterne deus, mitte ſpiritum ſanctum tuum cum angelis ⁊ archangelis tuis, ⁊ cuȝ eis omnes ſanctos ⁊ electos tuos: vt defendant ſegetes noſtras a vermibus malis, ſiue ab auibus: vt magnificetur nomen tuum deus in omni loco. Per domi. Tunc ſacerdos circumeat agrum, vel partem eius aſpergendo aquam benedictam. Et poſtea dicat.

Et benedictio dei oipotentis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpirit⁹ ✠ deſcendat ⁊ maneat ſuper has fruges. ℟. Amen.

De bñone vuę nouę in feſto transfigurationis dñi. Cap. 17.

In feſto transfigur. dñi, ſacerdos cum in canone miſſe, peruenerit ad locum illum poſt factam commemoratione͂ de mortuis, Per quem hęc omnia dicat ℣. Adiutorium noſtruȝ. Domine exaudi orati. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic dñe hos nouos fruct⁹ vuę, quos tu dñe rore cęli ⁊ inũdãtia pluuiaꝝ ⁊ tpuȝ ſerenitate, atqȝ trãqllitate ad maturitate͂ pducere dignatus es, ⁊ dediſti eos ad vſus nr̃os cũ graꝝ actione percipere, In noie dñi nr̃i Jeſu xp̄i. Deinde dicat Per quem hęc omnia ⁊c. Et aſpergantur vuę aqua benedicta.

De bñone puerorũ a paretibus ad eccl'aȝ adductorũ. Ca. 18.

Solent alicubi laudabiliter ⁊ catholice pueri a parentib⁹ ad eccl'am adduci: vt a ſacerdotibus benedicantur. Cũ igitur pueri fuerint in eccleſia pntati, ſacerdos miſſam celebret ⁊ poſt miſſam ſic apparatus, vel ſi miſſam non dixerit, cum ſuperpelliceo ⁊ ſtola, ſtans ante altare conuerſus ad pueros coram altari genuflexos dicit ℣. Adiutorium noſt. ℟. Qui fe. ℣. Dñe exaud. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Quęſumus oṗs Deus, pueris iſtis, pro quibus tuam deprecamur clementiã, bene ✠ dicere digneris: ⁊ per virtuteȝ ſcı̃ ſpũs corda eorũ corrobora, vitã ſcifica, caſtimonia decora: ⁊ ſenſus eoꝝ in bonis operibus munias ⁊ informes: proſpera tribue, pace͂ ꝯcede, ſalutem ꝯfer, charitate͂ largire: ⁊ ab oibus diabolicis atqȝ humanis inſidijs tua protectione ⁊ virtute ſemper defende, ⁊ in finem ad requie͂ paradiſi perducere digneris. Per dñm. Per oia ſecula ⁊c. Poſtea dicat pſal. Laudate pueri do. fo. 57. totum cum Gloria pa. Poſtea dicatur añа. Laudate pueri dñm, laudate nomen dñi, qḋ eſt benedictũ ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum. Kyrie elei. Chriſte ele. Kyrie ele. Pater nr̃. ℣. Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN